Juris remedijs et defensis Non subterfugiendo Nec modo quovis evadendo Hac sua praesenti personali recognitione ac praemissa omnia mediante.

Oßolinski Bolestraszyckiego Quietat.

Comparens personaliter Coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premisliensibus Generosus Nicolaus de Teczyn Oßolinski Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quo ad actum praesentem attinet Secum Successoribus ac bonis suis quibus omnibus totaliter et plenarie incorporando atque Subijciendo palam libere publice et expressum recognovit Quia ipse Generosum et Admodum Reverendum Joannem de Ingdzie Swatopelk Bolestraszycki Canonicum Luceoriensem eiusque posteros de Summa Mille florenorum Polonicorum sibi recognitam per praefatum Bolestraszycki Contractu Certo Sive Inscriptione officiosa coram actis officijs quibusvis autenticis Regni inscripta roborata Seu alio quovis modo ad Solvendum asse curatam de eodem ipso Contractu Seu Inscriptione quavis ac illius roboratione Summam praefatam affectionis quietat perpetuo Contractumque dictum eiusque roborationem Seu Inscriptionem aliam quamvis in toto Cassat mortificat et annihilat recognoscens Sibi Summam praefatam plenarie persolutam esse Hac sua praesenti recognitione ac praemissa Mediante

Oßolinski Regens ...